


Et aperitis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum, thus, et myrrham, Matthaei II. XI.



In Epiphania Domini.

DUPLEX I. CLASSIS.

IN I. VESPERIS.

Anæ et Capitulum de Laudibus. 366.

Psalmi ut in j. Vesp. de Communi Apostol. [2]

Hymnus.

CRudélis Heródes, Deum

Regem venire quid times?
Non éripit mortália,
Qui regna dat coeléstia.

Ibant Magi, quam víde-
rant,

Stellam sequéntes præ-
viam :

Lumen requirunt lúmine :
Deum faténtur múnere.

Lavácris puri gúrgitis
Coeléstis Agnus áttigit :

Peccáta, quæ non détulit,

Nos abluéndo sústulit.

Novum genus poténtiæ :
Aquæ rubéscunt hydriæ,

Vinúmque jussa fúndere,
Mutávit unda originem.

Jesu, tibi sit glória,
Qui apparuísti Géntibus,
Cum Patre, et almo Spí-
ritu,

In sempitérna sæcula.
Amen.

In fine Hymnorum per totam Octavam dicitur.

Jesu, tibi sit glória,
Qui apparuísti Géntibus,
ut ibidem.

✠. Reges Tharsis et insu-
læ múnera ófferent. ✠. Re-
ges Arabum et Saba dona
addúcent.

Ad Magnif. Aña. Magi
vidéntes stellam, dixerunt
ad invicem : Hoc signum
magni Regis est : eámus
et inquirámus eum, et offe-
rámus ei múnera, aurum,
thus, et myrrham, alleluia.

Oratio.

DEus, qui hodierna die Unigenitum tuum Géntibus stella duce revelásti : concéde propítius, ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

AD MATUTINUM.

Dicto Pater noster. Ave María. et Credo. *omissis* **¶** Dómine lábia. **Invitat.** cum **Psalmo.** Veníte. et **Hymno,** incipitur ab **Aña.** Afférte Dómino. *ut infra.*

Infra Octavam vero dicitur **¶** Dómine lábia. **Invit.** Christus apparuit nobis, * Veníte adorémus. **Ps.** Veníte. **2. Hymnus.** Crudélis Heródes. *supra.*

In I. Nocturno.

Aña. Afférte Dómino * filii Dei, adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

Psalmus rrbij.

Afférte Dómino, filii Dei : * afférte Dómino filios arietum.

Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus : * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini supra aquas, Deus majestátis intó-

nuit : * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte : * vox Dómini in magnificentia.

Vox Dómini confringéntis cedros : * et confringet Dóminus cedros Líbani : Et commínuet eas tamquam vítulum Líbani : * et diléctus quemádmódum filius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis : * vox Dómini concutiéntis désertum : et commovébit Dóminus désertum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit condénsa : * et in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit : * et sedébit Dóminus Rex in ætérnum. Dóminus virtútem pópu- lo suo dabit : * Dóminus benedícet pópu- lo suo in pace.

Aña. Afférte Dómino filii Dei, adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

Aña. Flúminis ímpetus * lætíficat, allelúia, civitá- tem Dei, allelúia.

Psalmus rlv.

DEus noster refúgium, et virtus : * adjútor in tribulatió- nibus, quæ in- venérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra : * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum : * conturbáti sunt montes in fortitú- dine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus, in mé- dio ejus, non commovébitur : * adjuváb- it eam Deus mane dilú- culo.

Conturbátæ sunt Gentes, et inclináta sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtú- tum nobí- cum : * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram : * áu- ferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confringet arma : * et scuta combúret igni :

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : * exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtú- tum nobí- cum : * suscéptor noster Deus Jacob.

Aña. Flúminis ímpetus

lætíficat, allelúia, civitá- tem Dei, allelúia.

Aña. Psállite Deo nostro, * psállite : psállite Regi nostro, psállite sapiénter.

Psalmus rlvj.

OMnes Gentes pláudite má- nibus : * jubiláte Deo in voce exsultatió- nis. Quóniam Dóminus excélsus terribilis : * Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópu- los nobis : * et Gentes sub pedibus nostris.

Elégit nobis hereditátem suam : * spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in jú- bilo : * et Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psál- lite : * psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus : * psállite sapiénter.

Regnáb- it Deus super Gentes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham : * quóniam dii fortes terræ veheménter eleváti sunt.

Aña. Psállite Deo nostro, psállite : psállite Regi nostro, psállite sapiénter.

℟. Omnis terra adoret te, et psallat tibi. ℞. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

Pater noster. **Absolutio.** Exáudi. ℟. Jube domne. **Bened.** Benedictione.

De Isaia Prophéta.

Lectio j. **Cap. lv.**

Mnes sitiéntes veníte ad aquas : et qui non habétis argéntum, properáte, émite, et comédite : veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus, et labórem vestrum non in saturitáte? Audíte audiéntes me, et delectábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclináte aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet ánima vestra, et fériam vobiscum pactum sempitérnum, misericórdias David fidéles. Ecce testem pópulis dedi eum, ducem ac præceptórem Géntibus.

℞. Hódie in Jordáne baptizáto Dómino apérti sunt cœli, et sicut colúm-ba super eum Spíritus mansit, et vox Patris intónuit : * Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi

bene complácuti. ℟. Descéndit Spíritus sanctus corporáli spécie sicut colúm-ba in ipsum, et vox de cœlo facta est. — Hic.

Prædictum ℞. dicitur hac die, et in Dominica infra Octavam, et in die Octava tantum : aliis vero diebus infra Octavam, ejus loco dicitur sequens.

℞. Tria sunt múnera pretiósá, quæ obtulérunt Magi Dómino in die ista, et habent in se divína mystéria :

* In auro, ut ostendátur Regis poténtia : in thure, Sacerdótem magnum considera : et in myrrha, Domínicam sepultúram.

℟. Salútis nostræ auctórem Magi veneráti sunt in cunábulis, et de thesáuris suis mysticas ei múnere species obtulérunt. — In.

Bened. Unigénitus Dei.

Lectio ij. **Cap. lx.**

Surge, illumináre Jerúsalem : quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est. Quia ecce ténebræ opérient terram, et caligo pópulos : super te autem oriétur Dóminus, et glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt Gentes in lúmine tuo, et reges in splendóre ortus tui. Leva in circúitu ócu-

los tuos, et vide : omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi : filii tui de longe venient, et filia tuæ de látere surgent. Tunc vidébis, et áfflues, mirábitur, et dilatábitur cor tuum, quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo Géntium vénerit tibi. Inundatio camelórum opériet te, dromedárii Má-dian et Epha : omnes de Saba venient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes.

℞. In colúmbæ spécie Spíritus sanctus visus est, Patérna vox audíta est : * Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácuti. ℟. Cœli apérti sunt super eum, et vox Patris intónuit. — Hic.

Bened. Spíritus sancti.

Lectio iij.

Isaiaé lxj. d et lxij.

Gaudens gaudébo in Dómino, et exsultábit ánima mea in Deo meo : quia induit me vestiméntis salútis : et induménto justítia circúmdedit me, quasi sponsum decorátum coróna, et quasi sponsam ornátam monílibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut hortus semen suum gér-

minat, sic Dóminus Deus germinábit justítiam, et laudem coram univérsis Géntibus. Propter Sion non tacébo, et propter Jerúsalem non quiéscam, donec egrediátur ut splendor justus ejus, et salvátor ejus ut lampas accendátur.

℞. Reges Tharsis et insulæ múnere offerent : * Reges Arabum et Saba dona Dómino Deo addúcent. ℟. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferéntes. — Reges Arabum. **Glória Patri.** Reges.

In II. Nocturno.

Añá. Omnis terra adoret te, * et psallat tibi : psalmum dicat nómini tuo Dómine.

Psalmus lvi.

Ubiláte Deo omnis terra, psalmum dicite nómini ejus : * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo quam terribília sunt ópera tua Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adoret te, et psallat tibi : * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, et vidéte ópera Dei : * terribilis in consi-

liis super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede : * ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus super Gentes respiciunt : * qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Benedicite Gentes Deum nostrum : * et auditam facite vocem laudis ejus.

Qui posuit animam meam ad vitam : * et non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus : * igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro : * imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem et aquam : * et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis : * reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, * in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum : * offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum, * quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi, * et exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, * non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit Deus, * et attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus, * qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me.

Añã. Omnis terra adoret te, et psallat tibi : psallum dicat nomini tuo Domine.

Añã. Reges Tharsis * et insulæ mûnera offerent Regi Domino.

Psalmus lxxj.

Deus judicium tuum Regi da : * et justitiam tuam filio regis :

Judicare populum tuum in justitia, * et pauperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem populo : * et colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum : * et humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole,

et ante lunam, * in generatione et generationem.

Descendetsicut pluvia in vellus : * et sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis : * donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare : * et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo prouident Æthiopes : * et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulæ mûnera offerent : * reges Arabum et Saba dona adducent :

Et adorabunt eum omnes reges terræ : * omnes Gentes seruiet ei :

Quia liberabit pauperem a potente : * et pauperem, cui non erat adiutor.

Parcet pauperi et inopi : * et animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum : * et honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ, et adorabunt de ipso semper : * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Li-

banum fructus ejus : * et florébunt de civitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula : * ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ : * omnes Gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, * qui facit mirabilia solus :

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum : * et replébitur majestate ejus omnis terra : fiat, fiat.

Añã. Reges Tharsis et insulæ mûnera offerent Regi Domino.

Añã. Omnes Gentes * quascumque fecisti, venient, et adorabunt coram te Domine.

Psalmus lxxv.

Incлина Domine aurem tuam, et exaudi me : * quoniam inops, et pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum : * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die : * lætifica ani-

mam servi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine suávis, et mitis : * et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pèrcipe Dómine oratióne meam : * et inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te : * quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis Dómine : * et non est secúndum ópera tua.

Omnes Gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te Dómine : * et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabilia : * tu es Deus solus.

Deduc me Dómine in via tua, et ingrédia in veritate tua : * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in ætérnum :

Quia misericórdia tua magna est super me : * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexé-

runt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus miserátor et miséricors, * pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax,

Réspice in me, et miserére mei : * da impérium tuum púero tuo : et salvum fac fílium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur : * quóniam tu Dómine adjuvísti me, et consolátus es me.

Añã. Omnes Gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te Dómine.

V. Reges Tharsis et insulæ múnera ófferent.
R. Reges Arabum et Saba dona addúcent.

Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domne benedícere. **Bened.** Deus Pater omnipotens.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Serm. ij. de Epiphania.

Lectio iij.



Audéte in Dómino, dilectíssimi, iterum dico gaudéte : quóniam brevi intervállo témporis, post solemnitá-

tem Nativitátis Christi, festívitás declaratiónis ejus illúxit : et quem in illo die Virgo péperit, in hoc mundus agnóvit. Verbum enim caro factum, sic susceptiόnis nostræ temperávit exórdia, ut natus Jesus et credéntibus manifestus, et persecúntibus esset occúltus. Jam tunc ergo cœli enarravérunt glóriam Dei, et in omnem terram sonus veritátis exívit, quando et pastóribus exércitus Angelórum Salvatóris édití annuntiátor apparuit, et Magos ad eum adorándum prævia stella perdúxit : ut a solis ortu usque ad occásum veri Regis generátio coruscáret, cum rerum fidem et regna Oriéntis per Magos díscerent, et Románum impérium non latéret.

R. Illumináre, illumináre Jerúsalem, quia venit lux tua : * Et glória Dómini super te orta est. **V.** Et ambulábunt Gentes in lumine tuo, et reges in splendóre ortus tui. — Et. **Bened.** Christus perpétua.

Lectio ij.

NAM et sævitia Heródis volens primórdia suspécti sibi Regis exstín-

guere, huic dispensatióni nésciens serviébat : ut dum atróci inténtus facinori, ignótum sibi púerum indiscreta infántium cæde perséquitur, annuntiátum cœlitus dominatóris ortum insígnior ubique fama loquerétur : quam promptiόnem ad narrándum, diligentiorémque faciébat et supérnæ significatiónis nóvitas, et cruentíssimi persecutóris impietas. Tunc autem étiam Ægypto Salvátor illátus est, ut gens antíquis erroribus dédita, jam ad vicínam salutem per occúltam grátiam signarétur : et quæ nondum ejectionem ab ánimo superstitionem, jam hospítio recíperet veritátem.

R. Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes, * Allelúia, allelúia, allelúia. **V.** Reges Tharsis et insulæ múnera ófferent, reges Arabum et Saba dona addúcent. — Allelúia.

Bened. Ignem sui amoris.

Lectio ij.

AGnoscámus ergo, dilectíssimi, in Magis adoratóribus Christi, vocatiónis nostræ fideique primitias : et exsultánti-

bus ánimis beátæ spei iní-
tia celebrémus. Exínde
enim in ætérnam heredi-
tátem cœpimus introire :
exínde nobis Christum lo-
quéntia Scripturárum ar-
cána patuérunt, et véri-
tas, quam Judæórum ob-
cæcátio non récipit, óm-
nibus natió nibus lumen
suum invéxit. Honorétur
ítaque a nobis sacratíssi-
mus dies, in quo salutis
nostræ Auctor apparuit :
et quem Magi infántem
veneráti sunt in cunáb-
ulis, nos omnipoténtem
adorémus in cœlis. Ac
sicut illi de thesáuris suis
mysticas Dómino múne-
rum spécies obtulérunt,
ita et nos de córdibus no-
stris, quæ Deo sunt digna,
promámus.

℟. Magi véniunt ab
Oriente Jerosólymam,
quæréntes, et dicéntes :
Ubi est qui natus est, cu-
jus stellam vídimus? * Et
vénimus adoráre Dómi-
num. **℞.** Vídimus stellam
ejus in Oriente. — Et vé-
nimus. **Gloria.** Et vénimus.

In III. Nocturno.

Añã. Veníte adorémus
eum : quia ipse est Dómi-
nus Deus noster. **Hæc**
Añã repetitur in Psalmo
ordine infrascripto.

Psalmus cxi.

℟. Eníte, exsultémus
Dómino : * jubilé-
mus Deo salutári
nostro :

Præoccupémus faciém
ejus in confessióne : * et
in psalmis jubilemus ei.

Añã. Veníte adorémus
eum : quia ipse est Dómi-
nus Deus noster.

Quóniam Deus magnus
Dóminus : * et Rex mag-
nus super omnes deos.

Quia in manu ejus sunt
omnes fines terræ : * et al-
titúdines móntium ipsius
sunt.

Añã. Veníte adorémus
eum : quia ipse est Dómi-
nus Deus noster.

Quóniam ipsius est mare,
et ipse fecit illud : * et
siccam manus ejus forma-
vérunt.

Añã. Veníte adorémus
eum : quia ipse est Dómi-
nus Deus noster.

Et nos pópulus páscuæ
ejus, et oves manus ejus. *
Hódie si vocem ejus au-
diéritis, nolíte obduráre
corda vestra ;

Sicut in irritatióne se-
cúndum diem tentatiónis
in desérto : * ubi tenta-
vérunt me patres vestri,
probavérunt me, et vidé-
runt ópera mea.

Añã. Veníte adorémus
eum : quia ipse est Dómi-
nus Deus noster.

Quadragínta annis of-
fénsus fuí generatió ni illi,*
et dixi : Semper hi errant
corde.

Et isti non cognovérunt
vias meas : ut jurávi in
ira mea : * Si introbunt
in réquiem meam.

Añã. Veníte adorémus
eum : quia ipse est Dómi-
nus Deus noster.

Gloria Patri, et Fílio, *
et Spiritui sancto :

Sicut erat in princípio,
et nunc, et semper, * et in
sæcula sæculórum. Amen.

Añã. Veníte adorémus
eum : quia ipse est Dómi-
nus Deus noster.

Añã prædicta cum suo
Psalmo dicitur tantum
hac nocte : per Octavam
vero loco hujus dicitur.

Añã. Homo natus est *
in ea, et ipse fundávit
eam Altíssimus.

Psalmus lxxv.

Fundaménta ejus in
móntibus sanctis : *
Díligit Dóminus portas
Sion super ómnia taber-
nácula Jacob.

Gloriósã dicta sunt de
te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab, et
Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, et Ty-
rus, et pópulus Æthio-
pum, * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet :
Homo, et homo natus est
in ea : * et ipse fundávit
eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scri-
ptúris populórum, et prin-
cipum : * horum, qui fué-
runt in ea.

Sicut lætántium óm-
nium * habitátio est in
te.

Añã. Homo natus est in
ea, et ipse fundávit eam
Altíssimus.

Añã. Adoráte Dómi-
num, * allelúia : in aula
sancta ejus, allelúia.

Psalmus cxi.

Cantáte Dómino cánti-
cum novum : * can-
táte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, et be-
nedícite nómini ejus : *
annuntiáte de die in diem
salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes
glóriam ejus, * in ómnibus
pópulis mirábilia ejus.

Quóniam magnus Dómi-
nus, et laudábilis nimis : *
terribilis est super omnes
deos.

Quóniam omnes dii Gén-
tium dæmónia : * Dómi-
nus autem cœlos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo

in conspéctu ejus : * sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ Géntium, afférte Dómino glóriam et honórem : * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commovéatur a fácie ejus univérsa terra : * dícite in Géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur : * judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cœli, et exsúltet terra, commovéatur mare, et plenitúdo ejus : * gaudébunt campi, et ómnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * et pópulos in veritáte sua.

Aña. Adoráte Dóminum, allelúia : in aula sancta ejus, allelúia.

Aña. Adoráte Deum, * allelúia : omnes Angeli ejus, allelúia.

Psalmus cxxij.

Dominus regnávít, exsúltet terra : * læténtur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circúitu ejus : * justítia, et judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * et inflammábit in circúitu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit, et commóta est terra.

Montes, sicut cera fluxérunt a fácie Dómini : * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justítiam ejus : * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília : * et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus : * audívit, et lætáta est Sion.

Et exsultavérunt filíæ Judæ, * propter judícia tua Dómine :

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram : * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odíte malum : * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætítia.

Lætámmini justi in Dómino : * et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Aña. Adoráte Deum, allelúia : omnes Angeli ejus, allelúia.

℣. Adoráte Dóminum, allelúia. **℟.** In aula sancta ejus, allelúia.

Pater noster. **Absolutio.** A vínculis. **℣.** Jube domne. **Bened.** Evangélica léctio. **Léctio** sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Léctio vij. **Cap. ij.**

CUM natus esset Jesus in Bétlehem Juda in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriénte venérunt Jerosólymam, dicétes : Ubi est qui natus est Rex Judæórum? Et réliqua.

Homilia S. Gregórii Papæ.

Homil. x. in Evang.

Sicut in lectióne evangélica, fratres caríssimi, audístis, cœli Rege nato, rex terræ turbátus est : quia nimirum terréna altitúdo confúnditur, cum celsitúdo cœlestis aperítur. Sed quæréndum nobis est, quidnam sit, quod Redemptóre nato, pastóribus in Judæa Angelus appá-

ruit, atque ad adorándum hunc ab Oriénte Magos non Angelus, sed stella perdúxit? Quia videlicet Judæis, tamquam ratióne uténtibus, ratióne animal, id est Angelus prædicáre débuit : Géntiles vero, quia uti ratióne nesciébant, ad cognoscéndum Dóminum non per vocem, sed per signa perducúntur. Unde étiam per Paulum dicitur : Prophe-tiæ fidélibus datæ sunt, non infidélibus : signa autem infidélibus, non fidélibus. Quia et illis prophe-tiæ tamquam fidélibus, non infidélibus : et istis signa tamquam infidélibus, non fidélibus data sunt.

℟. Stella, quam viderant Magi in Oriénte, antecédébat eos, donec venirent ad locum, ubi puer erat.

* Vidétes autem eam, gavísi sunt gáudio magno. **℣.** Et intrátes domum, invenérunt púerum cum María matre ejus, et procidéntes adoravérunt eum. — Vidétes.

Benedictio. Divinum auxílium.

Léctio viij.

ET notándum, quod Redemptórem nostrum, cum jam perféctæ esset

ætátis, eisdem Gentílibus Apóstoli prædicant, eúmque párvulum, et necdum per humáni córporis officium loquéntem, stella Géntibus denúntiat : quia nimirum ratiónis ordo poscébat, ut et loquéntem jam Dóminum loquéntes nobis prædicatóres innotéscerent, et necdum loquéntem eleménta muta prædicárent. Sed in ómnibus signis, quæ vel nascénte Dómino, vel moriénte eo monstráta sunt, considerándum nobis est, quanta fúerit in quorúmdam Judæórum corde durítia, qui hunc nec per prophetiæ donum, nec per miracula agnovérunt.

✠. Vidéntes stellam Magi, gavísi sunt gáudio magno : * Et intrántes domum invenérunt púerum cum Mariá matre ejus, et procidéntes adoravérunt eum : * Et apértis thesáuris suis obtulérunt ei múnera, aurum, thus, et myrrham. ✠. Stella, quam viderant Magi in Oriénte, antecédébat eos, usque dum véniens staret supra ubi erat puer. — Et intrántes. Glória Patri. Et intrántes.

Bened. Ad societátem.

Lectio ix.

OMnia quippe eleménta auctórem suum vénisse testáta sunt. Ut enim de eis quiddam usu humáno loquar : Deum hunc cœli esse cognovérunt, quia prótinus stellam misérunt. Mare cognóvit, quia sub plantis ejus se calcábile præbuit. Terra cognóvit, quia eo moriénte contrémuit. Sol cognóvit, quia lucis suæ rádiis abscondit. Saxa et parietes cognovérunt, quia témpore mortis ejus scissa sunt. Inférnus agnóvit, quia hos, quos tenébat mórtuos, réddidit. Et tamen hunc, quem Dóminum ómnia insensibíla eleménta sensérunt, adhuc infidélium Judæórum corda Deum esse mínime cognóscunt, et durióra saxis, scindi ad peniténdum nolunt.

Te Deum. 20.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Ante lucíferum géntis, * et ante sæcula, Dóminus Salvátor noster hódie mundo apparuit.
2. Venit lumen tuum * Jerúsalem, et glória Dómini super te orta est, et

ambulábunt Gentes in lúmine tuo, allelúia.

3. Apértisthesáurissuis * obtulérunt Magi Dómino aurum, thus, et myrrham, allelúia.

4. Mária et flúmina * benedicite Dómino : hymnum dícite fontes Dómino, allelúia.

5. Stella ista * sicut flamma corúscat, et Regem regum Deum démonstrat : Magi eam vidérunt, et magno Regi múnera obtulérunt.

Capítulum. Isaiaë ix.

Surge, illumináre Jerúsalem, quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est.

Hymnus.

OSola magnárum úrbium Major Bethlem, cui cón-tigit

Ducem salútis cœlitus Incorporátum gígnere.

Quem stella, quæ solis rotam

Vincit decóre, ac lúmine ;

Vénisse terris núntiat Cum carne terréstri Deum.

Vidére postquam illum Magi,

Eóa promunt múnera ; Stratique votis ófferunt,

Thus, myrrham, et aurum régium.

Regem, Deúmque annúntiant

Thesáurus, et fragrans odor

Thuris Sabæi, ac myrrheus

Pulvis sepúlcrum prædicet.

Jesu, tibi sit glória, Qui apparuísti Géntibus, Cum Patre, et almo Spíritu, In sempitérna sæcula. Amen.

✠. Adoráte Deum, allelúia. ✠. Omnes Angeli ejus, allelúia.

Ad Benedictus, Añæ. Hódie cœlesti sponso juncta est Ecclésia, quóniam in Jordáne lavit Christus ejus crimina : currunt cum muneribus Magi ad regáles núptias, et ex aqua facta vino lætántur convívæ, allelúia.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti : concéde propítius, ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contéplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam in ✠. br. ✠. Qui apparuísti hódie. **Et sic dicitur per totam Octavam.**